12.A1/03-004

Accepi gratissimas literas tuas ad quas statim
respondeo. — Considerandi mihi plantas tuas nil
novi continere, cum novitates omnes a Te ipso
jam descriptae sint, et ~~harum~~ specierum cognitarum plurimas jam
ipse possideo, non possum Tibi offerre pro plantis
omnibus dalmaticis et montenegrinis plus quam
fl. austr. 300, quorum 150 Tibi mittam in primo
dimidio proximi mensis augusti, reliquos post
plantas omnes acceptas. — Cum vero plantas
Tuas non viderim, hanc adquisitionem honesta-
ti et fidei Tuae quantum possum commendo
ut in hac comprehensae sint omnes ~~plantae~~ supradictae vegeta-
bili- nemine excepto tum quoad species, tum quoad exemplarium numerum. —
Si hae conditiones Tibi arrideant, fac ut species omnes
in ordinem ponas cum schedis ad ipsas plantam sin-
gillatim pertinentibus, et eas mihi mittas quam=

primum per Viam ferratam comunem, nec per celerem. in lingua latina scripserit

Expecto a Te responsum promptum ac favorabile, et me Tibi addictum profero.

22 Jul. 75.

---

6. Augusti 75

Priusquam mihi mittas plantas a Te adquisitas necesse est ut sciam an Tu possideas sequentia scripta = Milde Sporenpfl. et Mettenius Filices der Gärten d. botan. Gartens zu Leipzig. et si velis ipsa mihi concedere et quonam pretio, certe modico. Fac ut de his rebus mihi cito respondeas.

Video in speciali Tuo Selaginellas species a cl. Reichb. denominatas possessio. Scire vellem quomodo Lore inveniantur diagnoses illarum specierum, si Tu illas possides, et si eas diagnoses pro meo usu transcribere velis, et mihi earum remittere.

~~Fac ut~~ Non dubito quod flor. centum jam acceperis cum ego eos miserim per officium postalium die XXVIII Julii praeteriti